



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 40. Controversia inter Cardinales, & Episcopos Franciæ Pares exorta ob
Loci honoratioris prærogativam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

§. XL.

Sæc. XVII.
A. C. 1614.*Controversia inter Cardinales & Episcopos Franciæ Pares exorta ob loci honoratioris prærogativam.*

Indicebantur solemnî diplomate Regni *Gramont.*
comitia, prius vero die secunda *lib. II. p. 54.*
Octobris pro more privati per Provin-
cias habebantur conventus, ut quid
in comitiis proponendum, & quinam
ad illa delegandi sint, decideretur. At-
tamen jam tum oriebatur contentio de
jure præcedendi; quippe Episcopi illi,
qui simul erant *Pares Franciæ* priorem
Cardinalibus locum prensabant, ea per-
moti ratione, quod veteri lege apud
Gallos summa esset *Parium* dignitas,
hinc *Pares* dicti, quod pares inter se
reliquis omnibus, ipsis quoque Regii
Sanguinis Principibus antecederent,
quando in Sacris officiis suis v. g. in-
auguratione, Regi ministrant, atque ex
necessitate muneris assistunt. His ad-
debant, quod Episcopi *Pares* in Parla-
mento seu Curia Archiepiscopis præ-
cedant, proin & Cardinalibus, quo-
rum dignitas extranea in Senatu non
consideratur. Opponebant autem Car-
dinales, quod ipsi olim Regii sangui-
nis Principes præcesserint, donec
T 2 in

3æc. XVII. in Posliacensi colloquio Principes, præ-
A. C. 1614. valente Condæi necnon Calvinista-
 rum potentia, in Ecclesiæ contemptum
 primas sedes usurpassent, reclamanti-
 bus Lotharingio, Guisio & Turnonio
 Cardinalibus: Carolus quoque VIII.
 Franciæ Rex, dum ab Alexandro VI.
 in Cardinalium Collegium duceretur,
 primam Sedem Decano cessisset, atque
 anno Christi millesimo quingentesimo
 septuagesimo septimo lege sancitum es-
 set, quod Episcopi Pares in Senatu Re-
 giis Principibus proin & Cardinalibus,
 quorum sedes sunt ante Principes, ce-
 derent: præcipue cum Parium Episco-
 porum Principatus ac dignitas extra
 fines suos posita, sit vacua, Ecclesiæ
 autem Principatui nullus sit terminus,
 nisi quos habet Univerfus Orbis Catho-
 licus: *Parum, inquiebant Cardinales,
 e dignitate Episcoporum est cum suis Prin-
 cipibus contendere, lethalis foret victoria,
 si per vana honorum aucupia vis Ecclesia-
 stici Principatus destrueretur: Romanæ Sedi
 hostium plus æquo sunt, quam ut debeat
 civili inter fratres concordia discuti: hoc
 unum, quod soli Cardinales eligant summum
 Pontificem (*) prævalet infinitis spatiis omni
 digni-*

(*) Hanc prærogativam solis Cardinali-
 bus, qui in primitiva Ecclesia ceteris Dia-
 conis, Presbyteris atque Episcopis vix non
 parca

dignitati Ecclesiasticæ. Hac lite utrin- Sæc. XVII.
 que agitata, solemnî Senatus decreto A. C. 1614.
 pro Cardinalibus pronuntiatum est, quod
 tamen Episcopi tam iniquo ferebant a-
 nimo, ut in eam diem Senatu absti-
 nuerint (*): id vero, cum ab Evan-
 gelica humilitate alienum videretur,
 haud parum displicuit Regi.

T 3

§. XLI.

pares erant. anno Domini millesimo centesi-
 mo trigesimo Innocentius III. vindicabat: Re-
 gnante quidem Nicolao II. anno 1059. hoc jus
 solis Cardinalibus Episcopis compete-
 bat, salvis tamen Cæsareis juribus: Non desunt etiam
 undecimi sæculi monumenta, ex quibus con-
 stat, quod Cardinales, Episcopis atque Ar-
 chiepiscopis cesserint.

(*) De hac tamen prærogativa in Galliis
 tum Cardinalibus contra Episcopos asserta,
 haud ineleganter ita subjungit Gramontius
 Tolofani Senatus Præses: *Certe præcipua
 Cardinalium dignitas est, in omni loco, ipsisque
 e Regio Sanguine Principibus magnificum est,
 Matris reverentia venerari, quos ipsa venera-
 tur: etenim pro diversitate temporum diversa
 fuit possessio primæ Sedis; ut Principes Sangui-
 nis, ut Cardinales Regum gratiâ prævalere;
 ita jus fuit: Ecclesiæ Principes sunt Cardinales,
 ab eo Collegio delectus est in primam Sedem,
 eoque ipsorum causa tanto est potior, quante
 summo Pontifici cedunt Principes.*